

scandalizat et tacitus apud se volutat. **S**i cuncta in deo sunt. ergo et lupi et serpentes et demones in eo sunt. **H**ic ut supra nulla inconvēntia approbatur. dū in hīs omibz bonū reperitur. **O**mnē aut bonū in deo est extra quem nichil.

**¶** Cur nō tota creatura equaliter bono fruatur.

**S**ed queritur cur aliqua creatura **¶** xxij. quicqz mali patiatur. et non potius tota equaliter bono fruatur. si deus qui est sumū bonum in omī creatura esse declaratur. **S**ed sciendum est sicut anima p totum corpus diffusa in singulis membris tota consistit non tamē tota singulis membris amministrationis sue munera tribuit. sed oculo tantū videri et non audire. auri autē audire et non videre. et ceteris in hūc modum. **M**embrū autē cui bonū vegetationis subtrahit. stolidū et inutile remanebit. et hoc malū pati vel nichil pati affirmatur. qz bono priuatur. **S**ic deus p omīa diffusus in singulis totus consistit non tamē singulis cuncta dona gratie sue tribuit. sed singulis p ut sibi placuerit. lapidī tantum esse et non vivere. arbori crescendo vivere non sentire. bestijs sentire nō discernere. **A**ngelis et animabus discernere et immortales existē. **C**ui aut aliquid hōz subtraherit. p̄tinus in corpore vniuersitatis inutile erit. **E**t cū ei bonū qd vere blandū est subtrahit. mox ex necessitate amaro qd ei contrariū est afficitur.

ut homines in mundo demones in inferno sicq;  
malum pati p̄dicantur dum bono priuantur.  
sicut cecus in sole positus tenebras pati dicit̄  
dum luce non fruitur. **C**ur autē deus creature  
dulcedinē sue p̄sentie p̄fruendaz vni exhibeat  
alteri subtrahat racō nullo acumine penetrare  
valet. sed terribilē dēū in iudicijs suis stupet.

**C**ur nō tota creatura in vno statu p̄maneat  
cū in deo sit qui immutabilis est. **C**a. xxiii.  
**T**em queritur si deus in omī creatura et omnis  
creatura in eo est. quō aliquid deficiat et non  
potius totū in vno statu permaneat. p̄sertim cū  
immutabilis deus cuncta contineat. **S**ed sciē  
dum est q̄ in hoc creator a creatura discernē.  
dum hic immutabilis. hec autē multū instabilis  
cermtur. cūcta autē eternitatem imitantur  
dum deficiendo et iterum recrescendo et iteruz  
quasi in circulis existentie semp rotātur. **Q**uia  
enim de nichilo originem simpliciter sumunt in  
nichilum recurrere et quasi extra deum exire cu  
piant. sed quia exitum non inueniunt quasi in  
circulos reuoluta rursus in esse redeunt. **C**eli  
quippe et sidera semp in circulos suos reuoluū  
tur. aque iugiter influēdo quasi pacto circulo  
in fontes suos reuertuntur. **A**rbores herbe anim  
malia crescendo senescendo putrescendo ite  
rū recrescendo quodāmodo circulose circūagūtur.  
**H**oc q̄ modo cūcta per se in nichilum tendūt.